



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XC. De partibus penitentiaë generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

**F**urgit in minori charitate, consequetur quidem premium essentiale, secundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur, habebit tamen gaudium maius de operibus in prima charitate factis, quam de operibus quae in secunda fecit, quod pertinet ad premium accidentale.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum per penitentiam subsequenter, etiam opera mortua uiuificentur.*

q. d. 14. q. 2. ar. 3. q. 1. & d. 15. q. 1. ar. 3. q. 1. & 2.

**A**D SEXTVM sic proceditur. **V**t, quod per penitentiam subsequenter et opera mortua (quae scilicet non sunt in charitate facta) uiuificentur. Difficilius enim videtur, quod ad uitam perueniat illud, quod fuit mortificatum (quod nunquam fit secundum naturam) quam illud, quod nunquam fuit uiuum, uiuificetur: quia ex non uiuis, secundum naturam aliqua uiua generantur: sed opera mortificata, per penitentiam uiuificantur, ut dictum est. \* ergo multo magis opera mortua uiuificantur.

Art. princ.

**¶** 2 Praet. Remota causa, remouetur effectus: sed causa, quare opera de genere bonorum sine charitate facta, non fuerunt uiua, fuit defectus charitatis & gratiae: sed iste defectus tollitur per penitentiam. ergo per penitentiam opera mortua uiuificantur.

In illud Augustini dicitur: seminatilis &c. tom. 6.

**¶** 3 Praet. Hierony. dicit, Si quando uideris inter multa mala opera facere peccatorem quemquam, aliqua quae iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed hoc maxime uidetur, quando mala praeterita pro poenitentiam tolluntur. ergo uidetur, quod post penitentiam Deus remuneret priora bona opera in statu peccati facta, quod est ea uiuificari.

**S**ED CONTRA est, quod Apostolus dicit prima Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. hoc autem non esset, si saltem per penitentiam subsequenter uiuificarentur. non ergo penitentia uiuificat opera prius mortua.

**R**ESPON. Dicendum, quod opus aliquod dicitur mortuum dupliciter. uno modo effectiue: quia scilicet est causa mortis: & secundum hoc opera peccati dicuntur opera mortua, secundum illud Hebr. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. haec igitur opera mortua non uiuificantur per penitentiam, sed magis abolentur, secundum illud Hebr. 6. Non rursus iacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue, scilicet quia carent uita spirituali, quae est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo uiuit sicut corpus per animam: & per hunc modum etiam fides, quae est sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. & per hunc etiam modum omnia opera, quae sunt bona ex genere, si sine charitate fiant, dicuntur mortua, in quantum scilicet non procedunt ex principio uiae, sicut si dicamus sonum citharae uocem mortuam. Sic igitur differentia mortis, & uiae in operibus, est secundum comparationem ad principium, a quo procedunt. opera autem non possunt iterum a principio procedere (quia transeunt) & iterum eadem numero resummi non possunt. unde impossibile est, quod opera mortua iterum fiant uiua per penitentiam.

D. 884.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod in rebus naturalibus, tam mortua, quam mortificata carent principio uiae: sed opera dicuntur mortificata non ex parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte

**F** impedimenti extrinseci. mortua autem dicuntur ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

**A**D SECVNDVM dicendum, quod opera de genere bonorum sine charitate facta, dicuntur mortua propter defectum charitatis, & gratiae, sicut principii. hoc autem non praestatur eis per penitentiam sequentem, ut ex tali principio procedant. uideratio non sequitur.

**A**D TERTIVM dicendum, quod Deus recordatur bonorum, quae quis facit in statu peccati, non ut remuneret ea in uita aeterna, quod debetur solis operibus uiuis. ex charitate factis: sed remuneret ea temporali remuneratione, sicut Gregorius dicit in hom. de Diuite & Lazaro, quod nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in praesenti saeculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Receperisti bona in uita tua. uel etiam hoc potest referri ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. unde dicit Gregorius in l. b. de Patientia, non possumus dicere, schismatico melius fuisset, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quae passus est confitendo: sed aestimandum est, tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando, nihil eorum pateretur, ut illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnum caelorum obtinendum, non ad extremi supplicii iudicium tolerabilius subeundum.

hom. 40. in euang. circa medium illius.

Lib. de patientia, cap. 66 in medio.

D. 426. & 1142.

D. 950.

QVAESTIO XC.

*Super Quaestionem nonagesimam.*

*De partibus penitentiae in generali, in quatuor articulos diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de partibus penitentiae.

**¶** Et primo in generali.

**¶** Secundo in speciali de singulis.

**C**IRCA primum queruntur quatuor.

**¶** Primo, Vtrum penitentia habeat partes.

**¶** Secundo, De numero partium.

**¶** Tercio, Quales partes sint.

**¶** Quarto, De diuisione eius in partes subiectiuas.

ARTICVLVS I.

*Vtrum penitentia debeant partes assignari.*

**A**D PRIMVM sic proceditur. **V**idetur, quod penitentia non debeant partes assignari. Sacramenta enim sunt, in quibus diuina uirtus secretius operatur salutem: sed uirtus diuina est una & simplex. non ergo poenitentiae cum sit sacramentum, debent partes assignari.

**¶** 2 Praet. Penitentia, & est uirtus, & est sacramentum: sed ei, in quantum est uirtus, non assignantur partes, cum uirtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis. similiter etiam & penitentiae, in quantum est sacramentum, non uidetur, quod sint partes assignandae: quia baptismo & aliis sacramentis non assignantur partes.

**I**N quaestio. 90. in qua de partibus penitentiae agitur, scilicet contritione, confessione, & satisfactione, sciendum est uarias inueniri de hoc opiniones. Scotus namque in 4. sentent. dist. 16. q. 1. tenet, quod ista tria nullo modo sunt partes sacramenti penitentiae. Et fundamentum eius est: quia apud ipsum in eodem 4. dist. 14. q. 4. sacramentum poenitentiae est absolutio sacramentalis, cuius nulla pars est contritio, quae est quoddam spirituale in anima: neque confessio: quia nihil est ipsum sententiae sacerdotis, sed est actus rei accusantis seipsum: neque satisfactio, quae sequitur absolutionem sacramentalem. Durandus uero in 4. sentent. dist. 14. q. 2. art. 1. tenet sacramentum poenitentiae integrari ex absolutione, ut forma, & confessione, ut materia: contritionem uero non ponit eius partem. sed dispositionem prauiam: satisfactionem autem pro consequente. Auditor autem, ut patet

4. d. 6. q. 1. ad 1. q. 1. & 4.

in

in litera, tenet hæc tria esse partes penitentiae sacramenti ex parte materiae. Et quoniam Auctoritas canonizata est ab universalibus synodo sub Eugenio IIII. ubi sic legitur, Quorum sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis: qui in tres distinguitur partes, quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: secundum est oris confessio, ad quam pertinet ut peccata quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter: tertia est satisfactio pro peccatis, secundum arbitrium sacerdotis: quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium & elemosinam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert quum dicit, ego te absolvo. hæc ibi. Ideo sanctæ matris ecclesiæ doctrina monstrat, tam Scoti, quam Durandi opiniones deficere: hoc enim quod poenitentia sacramentum constare dicitur ex actibus poenitentis, ut materia, & absolutione, ut forma, sequitur, quod sacramentum poenitentia non est sola absolutio sacerdotis: hoc uero quod actus poenitentis, qui sunt ut materia sacramenti, distincti dicuntur in tres partes, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem sequitur, quod non sola confessio sit materia in sacramento poenitentia. Sic ergo solida Auctoris doctrina.

Super Quaestiones nonagesima Articuli secundum.

In eiusdem q. ar. 2. in responsione ad primum dubium occurrit circa ipsam responsionem, pro qua dicit, quod contritio secundum essentiam non est pars sacramenti: virtualiter autem pertinet ad exteriorem poenitentiam, id est, est pars

ergo poenitentia nullo modo debent partes assignari.

¶ 3 Præ. Poenitentia materia est peccatum, ut supra dictum est: sed peccato non assignantur partes, ergo etiam nec poenitentia sunt partes assignandæ.

SED CONTRA est, quod partes sunt, ex quibus perfectio alicuius integratur: sed poenitentia perfectio integratur ex pluribus, scilicet ex contritione, confessione, & satisfactione. ergo poenitentia habet partes.

RESPON. Dicendum, quod partes rei sunt, in quas materiali ter totum diuiditur: habent enim se partes ad totum, sicut materia ad formam. unde in 2.º Phisico, partes ponuntur in genere causa materialis, totum autem in genere causa formalis. Vbi quæ igitur ex parte materiae inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dictum est autem supra, quod in sacramento poenitentia, actus humani se habent per modum materiae. Et ideo cum plures actus humani requirantur ad poenitentia perfectionem, scilicet contritio, confessio, & satisfactio (ut infra patebit) consequens est, quod sacramentum poenitentia habeat partes.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quodlibet sacramentum habet simplicitatem ratione uirtutis diuine, quæ in eo operatur: sed uirtus diuina propter sui magnitudinem, operari potest, & per unum, & per multa, ratione quorum alicuius sacramento possunt partes assignari.

AD SECUNDUM dicendum, quod poenitentia, secundum quod est uirtus, non assignantur partes: actus enim humani, qui multiplicantur in poenitentia, non comparantur ad habitum uirtutis, sicut partes, sed sicut effectus. unde relinquitur, quod partes assignentur poenitentia, in quantum est sacramentum, ad quod actus humani comparantur, ut materia. In aliis autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior, una, siue simplex, ut aqua uel oleum, siue composita, ut chrisma: & ideo aliis sacramentis non assignantur partes.

AD TERTIUM dicendum, quod peccata sunt materia remota poenitentia in quantum scilicet sunt materia, uel obiectum humanorum actuum, qui sunt propria materia poenitentia, prout est sacramentum.

ARTICVLVS II.  
Vtrum conuenienter assignentur partes poenitentia, contritio, confessio, & satisfactio

AD SECUNDUM sic procedit. Vbi, quod inconuenienter assignentur partes poenitentia, contritio, confessio, & satisfactio. Contritio enim est in corde (& sic pertinet ad interiorem poenitentiam) confessio autem est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo ultima pertinent ad exteriorem poenitentiam. Poenitentia autem interior non est sacramentum, sed sola poenitentia exterior, quæ sensui subiacet. nõ ergo conuenienter assignantur hæc partes sacramento poenitentia.

¶ 2 Præ. In sacramento nouæ legis confertur gratia, ut supra habitum est. sed in satisfactio ne non confertur aliqua gratia. ergo satisfactio non est pars sacramenti.

¶ 3 Præ. Non est idem fructus rei, & pars: sed satisfactio est fructus poenitentia, secundum illud Luc. 3. Facite fructus dignos poenitentia. ergo non est pars poenitentia.

¶ 4 Præ. Poenitentia ordinatur contra peccatum: sed peccatum potest perfici solum in corde, per consensum, ut in secunda parte habitum est. ergo & poenitentia. non ergo poenitentia debent partes poni confessio oris & satisfactio operis.

SED CONTRA, Vbi, quod debeant poni plures partes poenitentia. Pars enim hominis ponitur non solum corpus, quod est eius materia, sed et anima, quæ est eius forma: sed tria prædicta, cum sint actus poenitentis, se habent sicut materia, absolutio autem sacerdotis se habet per modum forme. ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars poenitentia.

RESPON. Dicendum, quod duplex est pars, ut dicitur in quinto Metaph. s. pars essentia, & pars quantitatis. Partes essentia sunt naturaliter quidem forma, & materia, logice autem est genus, & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramentum distinguitur in materiam, & formam, sicut in partes essentia: unde, & supra dictum est, quod sacramenta consistunt in rebus, & uerbis: sed quia quantitas se tenet ex parte materie, partes quantitatis sunt partes materiae. Et hoc modo sacramento poenitentia specialiter assignantur partes, (ut dictum est) quantum ad

sacramenti in quantum implicat propositum confitendi, & satisfaciendi: secundum enim, reipositionem hanc non sunt tres, sed duæ partes poenitentia, quoniam contritio, ut distinguitur a confessione, & satisfactione, non est pars poenitentia. & sic Auctor sibi ipsi contrarius inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod in contritione plura inueniuntur: inter quod unum est uelle recompensare ad arbitrium sacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars poenitentia sacramenti: tamquam initium eius, ita quod actus iste interior, licet secundum se non spectet ad exteriorem poenitentiam, ut est, tamen ratio, & initium exterioris poenitentia ad exteriorem spectat poenitentiam. Sicut in aliis uidemus tam bonis, quam malis, quod interiores actus, & passionem, ut sunt rationes exteriorum, ad extrinseca spectant iudicia: aliter enim iudicatur offendens ex odio, aliter offendens ex ira, &c. Et præter communem hanc rationem specialis in proposito interuenit ratio, quæ ex differentia inter recompensationem puræ iustitia, & recompensationem iustitia, & amicitia facile patet. Recompensatio enim iustitia attenditur secundum æqualitatem exteriorum, siue sponte siue iniure fiat recompensatio, ut patet tam in solutione pecunie quam in abscessione membrorum seu uapulatione, &c. satisfactum est enim iustitia etiam si iniurus soluerit, aut passus fuerit recompensatio autem iustitia, & amicitia, nisi sponte fiat a reo, nihil ualeat: quoniam non est reconciliatiua. Et quoniam ad sacramentum poenitentia spectat recompensatio reconciliatiua, ideo ad hoc denotandum initium, & ratio eius ponitur uelle, recompensare: quod uelle, quia clauditur in contritione, ideo contritio ponitur prima pars sacramenti poenitentia, & dicitur in litera de

4. d. 16. q. 7. ar. 1. q. 2. & 4. & d. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. d. 22. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 3. Et 2. Co. 7. lect. 3.

Q. 61. ar. 1. & 3.

1. 2. q. 73. ar. 7.

Postea in argumentum 1.

Lib. 5. text. 7. to. 3.

Q. 60. ar. 5. & 6.

D. 495.

Ar. præc.

ca.

Q. 85. art. 3. ad 5.

ea, quod non secundum essentiam, sed virtualiter, hoc est ut est initium, & ratio recompensationis, est pars sacramenti poenitentiae. Auctor enim per illa verba, in quantum, scilicet implicat propositum confitendi, & satisfaciendi circumloquitur voluntatem recompensandi, qua in cor. art. concluditur esse primam partem poenitentiae. Unde patet, quod contritio non solum secundum se, sed ut est prima pars poenitentiae, distinguitur a confessione, & satisfactione, nam voluntas recompensandi distinguitur a subiectione, & ab executione.

¶ Et per haec patet responsio ad Scot. & Duran. intendentes hoc argumentum.

¶ In eodem ar. in responsione ad secundum nota diligenter, & praedica doctrina hanc, quod satisfactio sacramentalis auget gratiam ex hoc, quod est pars sacramenti. Et potest hoc intelligi ex differentia, qua est inter satisfactionem sacramentalem, & non sacramentalem, nam satisfactio sacramentalis valet non solum secundum se, sed etiam ex virtute clauum: satisfactio autem non sacramentalis valet solum secundum se, quoniam a clauibus non emanat, quocirca plus prodest unus ieiunium dies, aut unum psalterium ex impositione confessoris, quam sine tali impositione.

Et hinc sequuntur duo, primum, quod poenitentes errant parum satisfactionem volentes sibi a confessoribus imponi, secundum, quod confessor minus bene prouident poenitentibus, paratis tamen, dando eis leuem poenitentiam: ipsa enim prorogatio

Q. 88. ar. 2. & q. 69. ar. 8.

Ca. 4. parte 4. inter fine & medium.

In corp. ar.

4. d. 16. q. 1. ar. 1. q. 3.

Art. 4. ar. 3.

satisfactionis sacramentalis virtute clauum, & augere nata est gratiam, & plus valere ad satisfaciendum pro peccatis.

¶ In eadem responsione soluenda occurrit obiectio Duran. in 4. distinct. q. 16. quaest. 1. contra

actus poenitentis, qui sunt materia huius sacramenti. Dicitur est autem supra, quod alio modo fit recompensatio offensus in poenitentia, & in vindicativa iustitia. Nam in vindicativa iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem offendentis vel offensus: sed in poenitentia fit recompensatio offensus secundum voluntatem peccatoris, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quaeritur sola reintegration aequalitatis iustitiae, (sicut in iustitia vindicativa) sed magis reconciliatio amicitiae, quod fit dum offensus recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur, requiritur ex parte poenitentis: primo quidem voluntas recompensandi, quod fit per contritionem: secundo, quod se subiciat arbitrio sacerdotis loco Dei; quod fit in confessione: tertio, quod recompenset secundum arbitrium ministri Dei: quod fit in satisfactione, & ideo contritio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes poenitentiae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contritio, secundum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad interiorem poenitentiam: virtualiter autem pertinet ad exteriorem poenitentiam, in quantum scilicet implicat propositum confitendi, & satisfaciendi.

AD SECVDVM dicendum, quod satisfactio confert gratiam, prout est in proposito: & auget eam, prout est in executione; sicut et baptismus in adultis, ut supra dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod satisfactio est pars poenitentiae sacramentalis, fructus autem poenitentiae virtutis.

AD QVARTVM dicendum, quod plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra causa, quam ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus, secundum Dionys. 4. cap. de Divi. nom. & ideo licet peccatum perficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen poenitentiae requiritur & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Ad contrarium vero patet solutio per ea, quae dicta sunt.

ARTICVLVS III. Vtrum praedicta tria sint partes integrales poenitentiae.

AD TERTIVM sic proceditur. AVT, quod praedicta tria non sint partes integrales poenitentiae. Poenitentia enim, ut dictum est, contra peccatum ordinatur: sed pec-

catum cordis, oris & operis, sunt partes subiectivae peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum praedicatur. ergo etiam in poenitentia contritio cordis, confessio oris, & satisfactio operis, non sunt partes integrales.

¶ 2. Præ. Nulla pars integralis in se continet aliam sibi conditam: sed contritio continet in se confessionem & satisfactionem in proposito. ergo non sunt partes integrales.

¶ 3. Præ. Ex partibus integralibus simul, & equaliter constituitur totum: sicut linea ex suis partibus: sed hoc non contingit hic. ergo praedicta non sunt partes integrales poenitentiae.

SED CONTRA, Illae dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur: sed ex tribus praedictis integratur perfectio ipsius poenitentiae. ergo sunt partes integrales poenitentiae.

RESPOND. dicendum, quod quidam dixerunt haec tria esse partes subiectivae poenitentiae. sed hoc non potest esse: quia singulis partibus subiectivis adest tota virtus totius, & simul & equaliter; sicut tota virtus animalis, in quantum est animal, saluatur in qualibet specie animalis, quae simul & equaliter diuiditur animal: sed hoc non est in proposito. & ideo alii dixerunt, quod sunt partes potentiales, sed nec hoc verum esse potest: quia singulis partibus potentialibus adest totum, secundum totam essentiam: sicut tota essentia aëris adest cuilibet eius portenti, sed hoc non est in proposito. unde de relinquitur, quod praedicta tria sint partes integrales poenitentiae. Ad quarum rationem exigitur, ut totum non ad sit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed omnibus simul.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum, quia ratione mali habet, potest in uno tantum perfici, ut dictum est. & ideo peccatum quod in solo corde perficitur, est una species peccati. Alia vero species est peccatum, quod perficitur in corde & ore, Tertia vero species est peccatum, quod perficitur in corde & opere. & huiusmodi partes quasi integrales sunt, quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere. & ideo poenitentiae, quae in his tribus perficitur, haec tria sunt partes integrales.

AD SECVDVM dicendum, quod una pars integralis potest continere totum

satisfactionem: quia id non est pars sacramenti, sine quo sacramentum est completum, vel deficientem una parte sacramenti sacramentum nullum est: sed sine subiecta satisfactione, sacramentum poenitentiae iam fuit verum sacramentum. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quod pars est duplex, essentialis vel integralis. Et sine parte quidem essentiali sacramentum nullum est: sicut nec homo est si desit anima aut corpus. Sed sine una parte integrali sacramentum verum quidem, sed imperfectum esse potest: sicut homo sine manu est verus homo, sed mancus. Satisfactio autem non ponitur pars essentialis sacramenti poenitentiae, sed integralis: est enim pars actuum poenitentis, qui sunt ut materia seu pars essentialis sacramenti: sicut manus est pars corporis hominis, quod est materia & pars essentialis hominis.

¶ Super Quaestione nonagesima Artium tertium.

IN ar. 3. eiusdem q. in responsione ad primum, scilicet quod peccata cordis, oris, & operis, dupliciter distinguuntur inter se: primo specificiter: secundum, gradualiter. Nam si sumatur peccatum, secundum suam rationem confirmatur, & distinguatur in peccatum cordis, vel oris, vel operis, sic est distinctio, non solum specifica, sed generica. Nam peccatum cordis est illud, quod in solo actu interiori consumatur, ut est infidelitas, odium Dei, & huiusmodi. Peccatum vero oris est, quod in ipso ore consumatur ut contumelia, blasphemia, detractio, & huiusmodi. Peccatum autem operis est, quod in exteriori opere consumatur, ut adulterium, homicidium, furtum, & huiusmodi.

¶ Si vero peccatum aliquot

Art. praedictis in 2. q. 1.

D. 970.

Art. praedictis in 2. q. 1.

D. 994.

aliquid, qd in opere contumatur, dicitur in cogitatione, locutionem & opus, paria quia primo deliberavit hominem occidere, deinde dicit se occisuram & demum occidit illum, sic dicitur non est species: quoniam omnia ista peccata sunt unius speciei, sed est gradus: quoniam gradum peccatum conuenit ex eo quod est in corde, & quod est in ore, &c. Et si bene perspexeris litera, utramque, in eadem inuenies. Et haec tam de hac quaestione, quam de toto hoc opere ab Autore edito dicta iustificiant: hic enim felici transitu ad caelestem patriam preueniens diuus Thomas scribendi finem fecit: unde restitua alio modo tractanda sunt.

num, licet non secundum essentiam, fundamentum enim quodammodo uirtute continet totum aedificium. Et hoc modo contritio continet uirtute tota penitentiam. AD TERTIUM dicendum, qd omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicem: sed quaedam habent ordinem tantum in situ, siue consequenter se habeant sicut partes exercitus, siue se tangant sicut partes acerui, siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam contriuentur, sicut partes lineae. Quaedam uero habent insuper ordinem uirtutis, sicut partes animalis, quarum prima uirtute est cor, & alia quodam ordine uirtutis dependent abinuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut partes temporis, & motus. Partes igitur penitentiae habent adinuicem ordinem uirtutis, & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

talibus, eadem etiam est de uenialibus. non ergo debent poni diuersae species poenitentiae. ¶ 3 Præter. Sicut post baptismum peccatur uenialiter, & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur penitentia uenialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. non ergo conuenienter diuiditur penitentia per has species. SED CONTRA est, qd Aug. in lib. de penitentia, ponit praedictas tres penitentiae species. RESPON. Dicendum, quod haec diuisio est penitentiae secundum quod est uirtus Est autem considerandum, qd quaelibet uirtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circumstantias: unde & uirtus penitentiae actum suum habet in hoc tempore, secundum quod conuenit nouae legi. Pertinet autem ad penitentiam, ut detestetur peccata praeterita, cum proposito immutandi uitam in melius, quod est quasi penitentiae finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem, ut in secunda parte habitum est, ¶ conueniens est, quod diuersae species poenitentiae accipiantur secundum diuersas immutationes, quas poenitens intendit. Est autem triplex immutatio a poenitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam uitam, & haec pertinet ad penitentiam, quae est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem uitae praeteritae iam corruptae, & haec pertinet ad poenitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem uitae, & haec pertinet ad penitentiam uenialium, quae remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, ut supra dictum est. ¶ AD PRIMUM ergo dicendum, quod poenitentia, quae est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus uirtutis, disponens ad sacramentum baptismi. AD SECUNDUM dicendum, qd poenitentia, quae delect peccata mortalia, delect etiam uenialia: sed non conuenitur. Et ideo haec duae poenitentiae se habent, sicut perfectum, & imperfectum. AD TERTIUM dicendum, quod ante baptismum non sunt peccata uenialia sine mortalibus. Et quia ueniale sine mortali dimitti non potest, ut supra dictum est, \* ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium & uenialium.

In li. de utriusque poenitentiae & de medicina 19. tit. c. 2. 2. 2. 2. 2.

1. 2. q. 1. ar. 1. & q. 1. ar. 4. & 6.

Q. 27. ar. 3. 2.

Q. 27. ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam uenialium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter diuidatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam uenialium. poenitentia, n. est secunda tabula post naufragium (ut supra dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species poenitentiae. ¶ 2 Præter. Quod potest destruere maius, potest et destruere minus: sed mortale est maius peccatum, quam ueniale. Illa uero poenitentia, quae est de mor-

talibus, eadem etiam est de uenialibus. non ergo debent poni diuersae species poenitentiae. ¶ 3 Præter. Sicut post baptismum peccatur uenialiter, & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur penitentia uenialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. non ergo conuenienter diuiditur penitentia per has species. SED CONTRA est, qd Aug. in lib. de penitentia, ponit praedictas tres penitentiae species. RESPON. Dicendum, quod haec diuisio est penitentiae secundum quod est uirtus Est autem considerandum, qd quaelibet uirtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circumstantias: unde & uirtus penitentiae actum suum habet in hoc tempore, secundum quod conuenit nouae legi. Pertinet autem ad penitentiam, ut detestetur peccata praeterita, cum proposito immutandi uitam in melius, quod est quasi penitentiae finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem, ut in secunda parte habitum est, ¶ conueniens est, quod diuersae species poenitentiae accipiantur secundum diuersas immutationes, quas poenitens intendit. Est autem triplex immutatio a poenitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam uitam, & haec pertinet ad penitentiam, quae est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem uitae praeteritae iam corruptae, & haec pertinet ad poenitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem uitae, & haec pertinet ad penitentiam uenialium, quae remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, ut supra dictum est. ¶ AD PRIMUM ergo dicendum, quod poenitentia, quae est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus uirtutis, disponens ad sacramentum baptismi. AD SECUNDUM dicendum, qd poenitentia, quae delect peccata mortalia, delect etiam uenialia: sed non conuenitur. Et ideo haec duae poenitentiae se habent, sicut perfectum, & imperfectum. AD TERTIUM dicendum, quod ante baptismum non sunt peccata uenialia sine mortalibus. Et quia ueniale sine mortali dimitti non potest, ut supra dictum est, \* ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium & uenialium.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O.

Omnes sunt Quaterniones, praeter OO, sunt Quinternio.

V E N E T I I S, M D X C I I.

Apud Dominicum Nicolinum.

